

Heinrich Schuckmann Johannes Meier

## **Disputatio Iuridica De Litis Contestatione,**

Rostochi[i]: Pedanus, 1621


**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730895696>**

Druck Freier  Zugang



H. Schuckmann (J. Heia)

R. U. im 1621.





PUTATIO JURIDICA  
DE  
IS. CONTE-  
TATIONE,

*Quam* *fusa*

IA AUXILIANTE GRATIA,  
& Autoritate Amplissimi  
Ordinis, in Illustrissima Rofarum  
Academia,

P R Æ S I D E  
*imo ac Consultissimo Viro,*  
NRICO Schuckman  
licijq; Superioris Meglaburgici  
advocato vigilantissimo,


*licè defendendam suscipiet*  
JNES MEIER Osnabrugæ  
Westphalus

*regio Majori horis à 7. matutinè.*  
*die 28. Februarj.*

R O S T O C H I  
imi Pedani, Acad. Typ. Anno 1621.



*imo & Humanissimo viro, Dn Christiano J*  
*o, hospiti colendo, amico suspiciendo, off*  
*Rofarum*







DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
LITIS CONTESTATIONE,

*Quam supra*

DIVINA AUXILIANTE GRATIA,  
Consensu & Autoritate Amplissimi  
Jctorum Ordinis, in Illustrissima Rofarum  
Academia,

P R Æ S I D E

*Clarissimo ac Consultissimo Viro,*

DN. HEINRICO Schuckman

J. U. D. Judicijq; Superioris Meglaburgici  
Advocato vigilantissimo,

*Publicè defendendam suscipiet*

JOHANNES MEIER Osnabrugæ  
Westphalus

*In Collegio Majori horis à 7. matutinis.  
die 28. Februarij.*

R O S T O C H I

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ. Anno 1621.



*Prestantissimo, Spectatissimo & Humanissimo viro, Dn Christiano J  
man, Notario publico, hospiti colendo, amico suspiciendo, off  
Rofarum*



*Magnifico, Clarissimis Consultissimis & Spectatissimis  
Viris,*

Dn. JOHANNI COTHMAN,  
J. U. D. Advocato solertissimo Rei-  
publicæq; Osnabrugensis Consuli pruden-  
tissimo, vigilantissimo.

Dn. HEINRICO GRAVIO, J. U. D.  
Advocato solertissimo, promotori  
colendo.

Dn. THEODORO VARMEIERO,  
J. U. D. Advocato solertissimo, hospiti  
quondam suavissimo, promotori  
fuspiciendo.

Dn. M. PETRO PECHLINO,  
Affini optatissimo, Scholæq; Osnabrugensium Senatoriæ Correctori  
dignissimo.

*Mæcenatibus, Amicis & Promotoribus suis omni  
studio & observantiâ colendis,*



Positiones hæc Juridicas, in submissi  
gratiq; animi tesseram,

*Offert & dedicat*  
RESPONDENS.



## P R O O M I U M.

**C**um in foro & Judicijs passim frequentissimæ de litis Contestatione sint altercationes, proindeq; multi sæpius in otiosas disputationes ruant, operæpretium nos facturos arbitramur, si eam ad Juris rationem exigentes, publicæ disquisitioni subijciamus.

### T H E S I S I.

**L**is Contestata dicitur, cum Judex per narrationem negotij, causam audire cœpit. *l. Unic. C. de liti Contest.*

#### II.

Unde liti contestatio rectè definiti potest, principalis negotij apud Judicem hinc indè facta narratio. *d. l. Unic. C. b. t.*

#### III.

Originem traxit liti contestatio, si solennitas spectetur, à Romanis: Olim enim post affirmationem Actoris & responsionem Rei conventi eo animo factam, quod vellent per Judicem cognosci ac definiri litem, consuetum erat testari, hoc est in testimonium his verbis rogare aliquos, *testes estote. Cujac. lib. 9. Obser. 21. Oldend. in prafat. Class. de Liti contest.*

Hinc

#### IV.

Hinc dicta litis contestatio, quasi duorum aut plurium adversariorum testata ordinatio Judiciaria. *Cujac. d. loc.*

#### V.

Ex ea litis contestatione cæpit habere Judex, Jus cognoscendi & definiendi in causa, inde est quod dicimus, Judicium à lite contestata incipere. *l. amplius 15. ff. Ratum rem haber. Wesenb. in parat. C. de Litis contest. in pr.*

#### VI.

Et si autem Romani hanc libertatem reputabant propriam; attamen eam omnibus jure naturali communem esse statuimus. *argumento l. In re mandata 21. C. Mandati.*

#### VII.

Litem contestantur, non tantum ipsi principales, modò legitimam standi in judicio personam habeant, verum etiam procuratores, tutores, Curatores & Syndici sive actores. *t. r. C. qui legit person. stand. in Jud. habe. l. licet 56. ff. de Judicijs.*

#### VIII.

Fit litis contestatio in causis & controversijs hominum, quæ sine judicio transigi non possunt. *Oldend. in pref. Class. tit. de lit. contestat.*

#### IX.

De causa Appellationis non una omnium est sententia. Nos in ea litis contestationem non requiri existimamus. *c. per tuas 58. de Appellation. l. ult. § illud. C. de tempor. Appellat. Andr. Gail. 1. Observ. 76. n. 1. & seq. Qui annè in præcedenti Obs. 75. n. 5. à seipso dissentiat: videbimus.*

#### X.

In Causa Nullitatis, si ea non sit notoria, sed alio-

remo

rem requirat indaginem, necessaria est litis contestatio.  
*Mynsing. cent. 1. Obs. 38.*

XI.

Idem asserimus de mandatis cum clausula, puta de restituendo, de non turbando, de relaxando arresto, exceptis tamen mandatis de relaxandis captivis. *Andr. Gaill. 1. Obser. 78.*

XII.

Non solum in petitorio, sed etiam in possessorio litis contestatione opus est. *S. 4. vers. hodie. Instit. de Interdictis.*

XIII.

In causis tamen summarijs, in quibus absq; libello, de plano, sine strepitu ac figura Judicij proceditur, litis contestatio necessaria non est. *Clement. c. sæpè de Verb. Signif. Marant. de Litis contest. n. 2.*

XIV.

Inducitur litis contestatio, cum Actor per libellum exponit Judici, quid intendat adversus reum: & contra reus id negat, uterq; eo animo, quod velint audire sententiam Judicis; hoc enim est quod dici vulgò solet, intentione litem contestandi. *l. Rem non novam. S. parironi. C. de Judicij.*

XV.

Undè si reus respondeat libello, cum protestatione, quod id non animo litem contestandi faciat, hæc protestatio efficax est. *Mynsing. cent. 3. Obser. 31.*

XVI.

Sed quid si reus initio protestetur, quod litem super libello exhibito contestari nolit, postea vero libello simpliciter negativè respondeat, an lis per hoc contestata esse intelligatur? Affirm. *Gaill 1. Obs. 73, n. 5.*

A 3

Per

XVII.

Per solam libelli oblationem ex parte Actoris, non induci litis contestationem verius est. *Jason. in l. Naturaliter 12. §. nihil commune ff. de Acquir. poss. n. 179.*

XVIII.

Uti nec ex parte Rei, per confessionem sive affirmationem, litis contestationem fieri existimamus. *arg. d. l. Rem non novam. §. patroni C. de Judicijs Diss. Bart. in l. Unic. in fin. C. de lit. contestat.*

XIX.

Purè non conditionaliter, neq; per verbum creditatis aut ambiguitatis, fieri debet litis contestatio. *Wesemb. in parat. C. h. t. n. 6.*

XX.

Scripturam tamen ad eam necessariò requiri non putamus. *Diss. Wesemb. d. loc. n. 6.*

XXI.

Fit porrò litis contestatio, ut partium voluntate, causa subijciatur Judicis cognitioni, ne quid violentum videatur admitti in sacrosancta Justiciæ officina, & ne quis etiam ullam de executione Juris conquerendi occasionem habeat. *Oldend. in praf. de litis contest.*

XXII.

Est autem litis contestatio, Judicij initium ac fundamentum, ac sine eâ Judicium consistere nequit. *argumento c. 1. & t. t. ut lite non contestata procedatur ad test. recept. vel ad sent. definit.*

XXIII.

Unde ne partium quidem consensu, nec Judicis auctoritate omitti potest litis contestatio, sed omissa vitiat processum & sententiam latam reddit nullam *d. c. 1. de litis contestat.*

Post-

XXIV.

Postquam litis contestatio legitimè est constituta, præcludit ea viam opponendi exceptiones dilatorias, & facit quod Judex amplius recusari non possit. *c. Inter monasterium 20. de Sentent. & re Judicat.*

XXV.

Peremptoriæ verò Exceptiones, si altiorem quæstionem & indaginem requirant, regulariter post litis contestationem proponuntur, nec eam impediunt. *c. 1. de litiis contest. in 6.*

XXVI.

Perpetuat præterea litis contestatio Actiones. *l. fin. C. de præscr. 30. vel 40. annor.*

XXVII.

Transmittit etiam causam ad heredes ex delictis defunctorum. *l. 1. C. Ex delict. defunct. in quant. her. teneant.*

XXVIII.

Item facit Procuratorem dominum litis. *l. Neg. 11. l. Procuratoribus 22. in pr. l. Nulla 23. in pr. C. de Procurat.*

XXIX.

Constituit in mala fide possessorem. *l. Sed et si lege 25. §. Si ante litem 7. ff. de hered. petit.*

XXX.

Impedit quoq; ex recepta consuetudine libelli mutationem litis contestatio. *c. examinata. de Judicijs.*

XXXI.

Deniq; per litis contestationem quasi contractus inducitur, per quem quis obligatur instantiæ. *l. 3. §. idem. ff. de peculio.*

*Pro Corollario sit, quod Cesar cum Camera concurrentem Iurisdictionem habeat.*

ВІТАС



# ΕΠΤΑΣ ΣΤΙΧΩΝ


Quibus gratulabatur


DOCTISSIMO

Dn. R E S P O N D E N T I  
populari ac commensali suo  
carissimo.

**T**Arbigrado stertant alij torpore, nec illis  
Vel cura cordi aut incluta fama fiet:  
Oblectet silembos socios malus Eubhyus Evan,  
Quos non ad Musas doctus Apollo movet.  
Tu potius laudum titulo, MEIERE, celebri  
Dignus, te ΜΟΥΣΩΝ magna brabeia manent,  
Juridici in Xysti dum stas luctator arena,  
Nec non pro vero praelia magna capis.  
Cautius hem LITIS certamina cadis honesta,  
Litibus ut scribas omnibus inde modum,  
Candidus ac docto committis agalma stratego  
Gratulor hinc merito candide Amice tibi.  
Fortiter hem pergas, sic tela micantia verses,  
SCUCKMANNO docto Praside victor eris.

JOHANNES HOUTHO  
Heruord. Westphalus.







ΕΠΤΑΣ ΣΤ

Quibus gratula

DOCTISSIM

Dn. R E S P O N  
populari ac comm  
carissimo.

**T** Ardigrado stertant alij torpore,  
Vel cura cordi aut incluta  
Oblectet silembos socios malus Euby  
Quos non ad Musas doctus A  
Tu potius laudum titulo, MEIER  
Dignus, te ΜΟΥΣΩΝ magn  
Juridici in Xysti dum stas luctator  
Nec non pro vero praelia mag  
Cautius hem LITIS certamina ca  
Litibus ut scribas omnibus inu  
Candidus ac docto committis agalma  
Gratulor hinc merito candida  
Fortiter hem pergas, sic tela micanti  
SCUCKMANNO docto T

JOHANN

Heru







